LIBER FUNDATORUM ZWETLENSIS ('BÄRENHAUT')

um 1310/1314

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

unt. pro quibus magiam vnam tres mansus
habentem in vosindorf predicto abbati et fratribus con
uentus specialiter obligaui. vt si racione cui
libet infestacionis aliquid in posterum dampnum
receperint. equam ex eadem mageria recom
pensacionem secundum iusticiam accipiat talio
nem. Ne igitur super hiis aliqua in posterum
suboriri possit calumpnia presentem litter
am sigillo duplici meo scilicet et domini alberti
de Cherneibrunne communitam tradidimus
prenominato conuentui ad plenum indicium
veritatis. Huius rei testes sunt magister Ger
hardus plebanus wiennensis. Dominus
wisinto decanus ibidem. dominus Chunradus de
Greiffenstein. Sybotto albertus. Otto an
tiquus iudex et Engelbertus ciues de wien
na. Actum publice in wienna anno domini
Mo. CCo. Lviij. . .

Nvnc ad priuilegia data temporibus domini
Ebronis abbatis redeamus et super gran
giam in Reving aliqua priuilegia transcriba
mus. Notandum quod grangiam nostram in Re
ving ante concilium generale habuimus et preci
pue tria beneficia que a domino pilgrimo de cha
dawe ab illustris domini Hainrici ducis au
strie temporibus possidemus. De hiis igitur bene
ficiis uel agris aut terris redactis in vi
neas dare decimas sicut antea persepsimus
non debemus. Quoniam autem eadem grangia adiu
uante domino creuit scribere curamus ita ut de
eadem materia aliqua priuilegia ministerialium
aliquorum nobis familiarium subnectamus. Inter
quos domini de Rastenberch et de hohenstain.
videlicet dominus Otto et dominus albero duo fratres
qui precipuum tenent locum. . .

Cvm propter vertibilitatem temporis necesse
sit rerum gestarum seriem litterarum tes
timonio ac fide dignorum testium perennari
Hinc est quod nos Otto dictus de Rasten
berch et albero de hohenstain fratres
tam presentibus quam futuris hanc paginam
inspectis. notum fieri cupimus et manifestum.
quod ob intuitum diuine remunerationis atque pi

am recordationem omnium antecessorum de nostra pro
genie defunctorum viris religiosis deo lau
dabiliter seruientibus domino Ebroni vena
bili abbati de zwetel suoque conuentui super
emptione prediorum que ad nos iure heredita
rio pertinebant ex omni parte nostrum plene
admisimus fauorem et consensum. Ipsis enim
prediis in villa Revingen comparatis videlicet
a domino abbate ac fratribus Jerosolimitanis ec
clesie duo beneficia que soluunt. xviij.
solidos et in vineis lx. denarios. a domino Lud
wico de liehtenawe vnum beneficium sol
uens x. solidos. ab eodem duo talenta
in redditibus qui dicuntur Perchrecht.
a domino Ottone dicto de Radingens
dorf duo beneficia et vnam aream soluen
tia xxi solidum et x. denarios. et ex nostra propria
largitione addidimus eis in vzenfdorf
redditus vnius dimidij talenti. in hiis omnibus
superdictis viris religiosis zwetelensibus
eorumque successoribus ius nostrum quod addic
ta predia in Judicio in villa seu extra
villam in agris in pratis in vijs et terminis
respicit auctoritate presentium confirmamus.
Ne igitur sepefatis viris aut monasterio
gloriose virginis Marie in Zwetel in pre
taxatis possessionibus a quoquam in posterum
calumpnia oriatur hanc litteram nostrorum
sigillorum nostrorum munimine ipsis porreximus
roboratam. cum nominibus testium sub
scriptorum. Dominus Leutoldus de Chvnring
pincerna austrie. Dominus Aloldus et fi
lius suus Hainricus dicti de Chyawe
dominus Hugo de Liehtenvels et frater su
us Hainricus. et alij quam plures. Datum
et actum Anno domini. Mo. CCo. lxxx
vij. in die omnium sanctorum. . .

In Nomine domini Amen. Ea que
geruntur in tempore ne simul labantur
cum tempore poni solent in linguis testium et
scripture testimonio confirmari. Hinc
est quod nos frater Ebro dictus abbas de zwe
tel totusque conuentus eiusdem monasterij